inflictionem vulnerum recepit sibi marcam unam pecunie Cracoviensis valore gl. sex pilenum valorem grossorum octo ultra salvum sacco valore gl. octo que vulnera officium vidit et suscepit

Presentacio equorum per Chwal

Ministerialis terrestris Premisliensis providus Albertus Kothlynski de Kanyczuga nomine et ex parte Nobilis Nicolai Chwal de Pelnatycze presentavit ad officium castrensem Premisliensem duos equos vagabundos unum nigrum et alterum colorem gmadij de damno abactos ubi et in continenti Nobilis Malchior filius Nobilis Nicolai Chwal eosdem equos duos ab officio castrensi Premisliensi exfidemisit quos iterum debet ac tenebitur coram officio presenti in castro Premisliensi in qualibet septimanis statuere sub vadio quatuordecim marcarum pecunie

Relatio ex parte Krzeczowskie contra Vlinsky

Ministerialis terrestris Premisliensis providus Albertus Kothlynski de Kanyczuga una cum Nobilibus Thoma Chernawiczki secum comparentibus coram officio et actis presentibus castrensibus Premisliensibus stans personaliter in vim relationis sue recognovit quia sabato post festum Sancti Bartholomei proxime preteriti anno presenti eidem mihi et dictis Nobilibus est obductum et protestatum ex parte Nobilium Elizabeth consortis olim Nobilis Joannis Krzeczowski et Anne consortis Nobilis olim Jeronimi Krzeczowski in et contra Generosum Christofferum Vlinski quia ipse supervenientes manu forti et armata cum Cuthonibus et subditis suis de villa Vrzowicze ad fundum et hereditatem ac pratum ad villam Krzeczowicze ab antiquis temporibus pertinentes et eodem in eodem prato fenum iam falcastrum et congregatum vi et violenter recepit et ad bona sua ac predictam villam Vrzowicze adduxit et pro sua utilitate convertit quod ita et non aliter fieri ipse ... recognovit et nobiles prefati relatores ipsius ... sunt

Oblatio mandati ex parte Wladica ad Pallatinum Podolie

9/11. Actum in castro Premisliensi feria secunda post festum Nativitatis Virginis Marie proxima Anno domini 156 sexto

Oblate sunt littere mandati sacre Regie ... sub titulo et sigillo eiusdem sacre Regie ... ad officium et acta presentia castrensia Premisliensia ex parte venerabilis Antonij Radilowsky Wladica Premisliensis ad Magnum Joannem Starzechowski Pallatinum Podolie Samboriensem Drohobiciensem capitaneum quas affectavit litteras ad acta presentia castrensia Premisliensia inscribi et actari quod officium admisit quarum litterarum tenor sequitur et est talis

Sigismundus Augustus dei gratia Rex Polonie magnus dux Lithuanie Russie Prussie Mazovie Samogitie ... dominus et heres Magnifico Joanni Starzechowski Pallatino Podolie Samboriensi Drohobiciensi nostro capitaneo sincere nobis dilecto gratiam nostram Regiam Magnifice sincere nobis dilecte questus est apud nos venerabilis

Antonius Radilowsky Samboriensis et Premisliensis Wladica quod illi partem agrorum sancti tua in villa Wolkowycze et Strasszowicze qui agri pertinent ad monasterium transfiguracionis domini alias Swyen Thego Spassa et fundum monasterij Sancti Honoffrij ademerit et tugurium alias Schope Salytrnyx in Cimiterio Ecclesie Ruthenice divine Marie in Civitate Samboriensi extruxerit fluvium preterea dubien nuncupatum bona monasterij ipsius Sancti Salvatoris a nostris dividentem de solito suo meatu eductum novo alveo facto per fundum dicti Wladice proprium dimiserit predium quoque cum horreo ac acervis in fundo ipsius proprio disiecerit que ita se habent protestacionibus officiosis contra sanctitatem tuam comprobare paratum se esse affirmat remissoribus quoque terrarum Russie eandem eductionem fluvij ex proprio alveo et disiectionem predij supradicti ostendisse privilegia insuper a maioribus nostris concessa et a nobis confirmata super omnia bona prefata cum limitatis ipsorum descripcione nobis exhibuit supplicavitque ut iuxta contenta illorum se conservare dignaremur Quare cum nostri officij sit providere ut bona que pietas maiorum nostrorum divino cultui dicavit neque in nostros neque in alterius cuiuspiam usus transferantur Hortamur itaque sanctitatem omnino habere volentes ut dictos agros tam Sancti Honoffrij quam ville Strasszowicze ipsum libere et integre possidere sinat tugurium preterea in ipsius Ecclesie Cimeterio extructum in alium locum nostrum proprium transferat fluvium dubien in alveum suum redducat predium quoque ipse edificare in eo loco ubi antiquum derutum est permittat ac ea omnia que prefatus Wladica sibi admirare asserit contra ipsius privilegia ipse restituat ac ijs omnibus que ipsius sunt libere ut permittat neque ipsum in dictorum bonorum possessione impediat talemque se illi exhibeat ut iterum nos gravioribus ut gocijs occupatos huiusmodi querellis molestet Sanctitas pro gratia nostra et debito officij sui sanctitatis tua non factura datum Lublini xxvi die mensis Augusti Anno domini M.D.LXVI regni nostri XXXVI

Ad mandatum sacre Regie Maiestatis proprium

Sigansky vendidit Cmere Philippo Armeno

Actum in castro Premisliensi feria quarta post festum Nativitatis Virginis Marie proxima Anno domini 156 sexto

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Jacobus Sigansky recedens a iure suo foroque quovis competente et huic iurisdictioni castrensi Premisliensi incorporavit et subiecit publice et per expressum recognovit Quia famato Philippo dicto Philippe Armeno Leopoliensi Cinerem totum quem habet ipse Jacobus Sigansky in deposito apud providum Iwaszko fabrum dictum Kuybida in villa sacre Regie ... Wysschalicze pro certa summa pecunie vendidit perpetuoque et in eum resignavit cum omni iure et

11/IX.